DISPVTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

IVRE MELLICIDII

vom Zeidel-Rechte

QVAM

PRAESIDE

DIVINA GRATIA

AVCTORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS

IN INCLVTA ALTDORFINA

SOLENNI MORE

ad d. 2. Xbr. A. C. S. cIↄ Iↄc XC.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBIICIET

CHRISTOPHORVS Scheurl à Defersdorff

NORIBERGENSIS





ALTDORFII NORIC.

RECVSA IMPENSIS STEPHANI GREBNERI

cIↄ Iↄcc xxxxiv



Benevolo Lectori

S.



Ubi mel, ibi fel: *proverbio, quod & Lotharius I. in symboli vicem adhibuit, scito non minus, quam trito dicimus. Fallimur, aut hujus effati veritatem præsentes quoque pagellæ (quæ spicilegæ quasi sunt Disputationis non ita pridem sub* Magnifici Dn. Lincki nostri, Præceptoris atque Patroni æternum Colendi *præsidio habitæ*, de Judiciis Reipubl. Norib. *& speciatim* c. 6. §. 4.) *ex abundanti comprobabunt; licet enim Rubrum illarum mel promittat; nigrum tamen multum forte fellis continebit, bilemque atram tum styli ruditas, tum cruditas judicii & indigesta materiæ moles concient, maxime, cum idem nobis usu venerit, quod apibus alioquin sylvestribus obtingere amat: Scilicet, non nobis prata culta lætosque campos peragrare, sed horrida dumeta sylvasque invias, verbis, inquam, cascis involuta instrumenta, chartasque abstrusas, in quibus*

-- -- tenent media omnia sylvæ,

nullo prævio Duce, perrepere licuit, ut adeo vix ad palatum delicatiorum ingeniorum parare quid potuerimus. Nulli tamen ambigimus, quin Benevolus Lector, qui tenuem laborem

non tenui favore compensare solet, nobis insuper, præter memoratas remoras, iniquis temporum angustiis constrictis, & documentorum penuria laborantibus, rerumque experientia, quæ tamen hic utramque paginam facere debet, destitutis, speratam sit exhibiturus veniam; neque enim, dum mel ipsi propinare studemus, judicium felle livido suffusum reddet. Apes, *ex Senecæ monito ep. 84.* sumus imitati, quæ vagantur, & flores ad mel conficiendum idoneos carpunt; deinde quicquid attulere, disponunt, & per favos digerunt: *itaque Lectores, versa vice, apum quoque imitatores nobis exoptamus, quæ, unde araneæ venenum, ipsæ mel dulce legunt. Aculeata inertium fucorum (qui uti corpore non inconveniente parique colore, ita opere etiam apes mentiuntur, dum & ipsi sui muneris esse credunt* Carpere, *diuerso licet & perverso sensu,) dicteria neque curamus, neque deprecamur, cum quem aliis infigere tentant aculeum, noxa suamet & damno luant,*

-- -- animasque in vulnere ponant.

Tu vero, o Præsidium nostrum

JESU, decus Angelicum,
in aure dulce canticum,
in ore mel mirificum,
in corde nectar cœlicum,

illumina mentis hebetis oculos, uti Jonathanis, cum mel aliquando caderet, oculos illuminatos legimus, & clemens nobis melliflua Tua gratia in arduo hoc negotio adsis: sed & eam inspires mentem, quæ Judicia Tua vera, dulciora super omne mel & favum, *per totam vitam nostram cognoscere & revereri expetat.*

CAP.

CAPUT I.

De Juris Mellicidii Definitione tum Nominali, tum Reali.

SUMMARIA

§. 1. Definitio Nominalis præmittitur Reali: Derivatio vocis Mellicidii: Cædere, Cæsio, pro incidere, incisione. §. 2. Zeidel-Recht dicitur a Zeidlariis: Zeidlarii dicuntur vel a Ziegeln sive Zielen, vel a Zeilen, §. 3. vel a Zeit, §. 4. vel a Zeitlen: Inde denominatur Zeidelbast. §. 5. Descriptio Juris Mellicidii. §. 6. Resolutio Descriptionis. Varia voc. Juris acceptio.

§. I.

Quemadmodum petitorii causa potior, prior tamen possessorii esse solet, per *l. 36. D. de R. V. & l. 13. C. eod. l. 3. C. de interd. l. 35. D. de A. A. P.* pari ratione rerum curam, licet præstantiorem, tractatio tamen verborum, utpote quae significandarum rerum gratia reperta sunt, *ff. 29. J. de legat.* antecedere debet. Unde materiam non novam, sed veteribus quoque cognitam, neque tamen desuetudine ob id inumbratam in præsenti aggressuri, non nigrum merebimur theta, si reali eius considerationi, tria de explicatione nominis, maxime *ratione Originationis*, verba præmiserimus. Dicitur autem Mellicidium a melle cædendo,

id eſt, incidendo: ita enim apud Naturalis & Ruſticæ rei Conſultos, Plinium atque Columellam, Cæſionem pro inciſione legimus. Licet autem Mellicidii vox Tulliano ævo incognita ſit, vix tamen ab analogia Grammatica aliena erit, cum Homicidium, Parricidium &c. dicamus.

§. II.

In vernacula audit das Zeidel-Recht, a Zeidlariis. Zeidlarii unde dicantur æque nos latet ac olim Geographos fontes Nili: Alii a fovendis apibus, von Bien ziegeln oder zielen derivant, quod Zeidlarii ſoli jus apes in ſylvis Noricis fovendi, habuerint: Alii hoc verbum vom Zeilen, i.e. lineis cellularum deducunt; prout enim amuſſitata & ad Geometricas regulas præciſe exacta, ſexangularis harum cellularum forma curioſos talium ſpectatores merito in admirationem rapit; ita nemo ſine ſtupore, quam juſto ordine & ad rectæ lineæ normam iſtæ cellulæ ſibi invicem cohæreant, diſpicit.

§. III.

Poſſet forte illa vox denominationis ſuæ natales tempori, Germ. der Zeit, debere, quod ſtatis temporibus Judicium Zeidlariorum habitum fuerit: neque multum obſtabit, quod Zeit per t, Zeidlarius per d exprimatur; cum ſuperiorum temporum barbaries, non usque adeo ad Orthographiam attenta, non moroſe tale diſcrimen obſervaverit. Quid? quod *B. Dn. Harsdörff.* æternum Nobilitatis decus, im Poetiſchen

schen Trichter, passim hanc vocem per t, scribat; unde in *P.III. d.tr. sect. 2. n.205. p.m.274.* Der Zeitler erndet ein, was er nicht hat gesäet.

§. IV.

Commodissime videntur dici posse a Zeitlen, quæ vox primitiva, ut Grammaticorum filii loquuntur, est, & denotat idem, teste *B.Dn.Harsdörff. cit. tr. P.II. in Append. p.m.180.* ac apes vel mel cædere; scilicet, uti venatores & in universum omnes artem aliquam profitentes, terminos proprios, quos technicos vocant, adhibent, ita & apud Mellicidas idem usu venisse, probabile est. Hinc superius recensitas derivationes pro allusionibus potius habemus. De cætero, a Zeidlariis dicitur das Zeidel-Bast, Latinis, Chamelæa, quam merito Primulam veris dixeris, cum omnes arbores, frutices & plantas floribus antevertat, quos apes, istæ Zeidlariorum alumnæ, præcipue carpunt atque delibant.

§. V.

Properamus ad qualem qualem Juris Mellicidii descriptionem, dicentes, quod sit *Jus Zeidlariis ratione prædiorum, circa apes in primis, in sylvis Noricis, fovendas & occupandas, aliaque jura, maxime Foresti, exercenda ex concessione Imperatorum, competens.*

§. VI.

Generis loco posuimus Jus, cujus vocis significatus, Polypi instar, mirum in modum variant: Extan-

tantiores tamen atque nobiliores tres sunt seqq. quatenus (1) sumitur pro Jurisprudentia, *in l. 1. pr. D. de J. & J.* (2) pro regula actionum moralium, obligante ad id, quod rectum est *juxta Grot. l. 1. de J. B. & P. c. 1. §. 9.* (3) pro attributo personæ, sive pro qualitate morali, quæ personæ ex concessione Superioris competit ad aliquid juste vel habendum vel agendum. Et hoc sensu a nobis accipitur. *Differentiam* Causa efficiens, Subjectum, & Objectum absolvunt, de quibus sigillatim suis locis agemus.

Caput II.

De Existentia, Origine, Justitia & Causa Efficiente hujus Juris.

Summaria.

§. 1. Demonstratur Existentia hujus Juris. §. 2. Origo & Antiquitas. §. 3. Justitia: *Obst. l. 5. §. 2. de A. R. D. Resol. l. 26. de furt.* §. 4 An occupatio rerum communium recte rescripta? § 5. Causa efficiens est Concessio Imperatoris: An peculiare quid Zeidlariis indultum? exemplo Servituris altius tollendi dilucidatur: In quo hæc servitus consistat?

§. I.

De *Existentia* hujus juris tot augustissima Imperatorum privilegia, aliaque incorrupta, & intaminatæ fidei documenta passim posthac laudanda, Reforma-

formatio item Norica *tit 1. l.7.* potiſſimum vero ipſum Judicium Mellicidarum, quod Feuchtæ hodienum celebratur, neminem ancipitem relinquere poſſunt.

§. II.

Unde potius *de Origine* ejusdem ſolliciti erimus: nec dubitamus, antiquiſſimam eam eſſe; utut enim natales illius indubie determinare nequeamus; ante quinque tamen ſecula jam tum illud viguiſſe antiqua inſtrumenta nos docent, utpote quæ ann. a Chriſt. nat. 1240. *Marquardum Butigliarium* (de quo nomine infra commodius diſſeremus) & ann. 1264. *Conradum* von Kurnburg, *Butigliarium atque Magiſtrum Zeidlariorum* nominant. In proclivi eſſet longam horum Judicum ſeriem circa iſta tempora texere atque recenſere, niſi vel hæc duo exempla probarent aſſerti noſtri veritatem: Cui accedit, quod *in Privilegio a Carolo IV. ann. C. S. 1350. Zeidlariis impertito* dicatur, illos iſta jura ab antiquis temporibus ita obtinuiſſe.

§. III.

Fundata itaque Exiſtentia & delibata non nihil Origine Juris Mellicidii, nunc in *Juſtitiam* ejus inquirere libet. Nempe enim notum eſt, de J. Civ. inter res, quæ nullius ſunt, referri etiam feras, ac illis, quæ feram habent naturam, accenſeri Apes, *in l. 5. §.2. de A.R.D.* Harum vero rerum eam eſſe rationem, ut illius eſſe incipiant, qui eas ceperit; quod enim antea nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. §.12. *J. de R.D.* Inique ergo hoc Jus reſtrictum eſſe, non nemo ad elevandam Juris noſtri juſtitiam, obji-

cere posset. Nolumus hic in responsionis vicem, cum nonnullis feram omnium apum naturam negare, & urgere præcipue *l. 26. de furtis*, ubi ferarum apum mentio fit, quasi ex ista distinctione necessario colligendum sit, dari etiam mansuetas; cum ibidem feritas non opponatur mansuetudini, sed mansuefactioni: nimirum, omnes apes sua natura sunt feræ; sed ex illis quædam cicuratæ & hominum arte mansuefactæ sunt, & hæ in *d. l.* opponuntur feris. Non obstat, quod euolare & revolare soleant apes; illud enim ex consuetudine fit; natura tamen illarum, quæ fera est, inde mutari nequit. Illa responsio magis arridet, quemadmodum pleraque omnia, quae in Jure Justinianeo communia, adeoque, ratione proprietatis, nullius esse prædicantur, hodie plurimis in locis in patrimonio Principis existunt, uti de gemmis, maxime vero de feris, constat: ita & apes *nemoricultrices* (ut *Phædri* verbo utamur) occupari potuisse, nullum est dubium.

§. IV.

Sunt, qui & hoc jure fieri potuisse negant, & ex *l. 13. §. 7. D. de injur.* usurpatum illud esse, tametsi nullo jure, dicunt. Alii vero in præscriptione præsidium quærunt; alii vigore extraordinarii atque eminentis Dominii illud Principibus competere asserunt: alii alias rationes cumulant. Nos rationem justificam *in l. 1. §. 1. de A. R. D.* latere putamus, modo prius supposuerimus a nemine forte inficiandum, quod illud J. G. assertum: feras esse nullius ante, quam occupentur, non tam sit juris præceptivi, quam permissivi; Jam vero

vero cum in *d. l.* afferatur, iftas res, quæ nullius funt, capientis fieri, fequitur, quod Principes, tanquam primi huius juris occupatores animo fibi habendi, jure fibi illud vindicaverint, qui illud, quod occuparunt et cujus legitimi Domini funt facti, aliis rurfum concedere queunt.

§. V.

Sed haec dum fcripfimus, præoccupavimus ferme innuere *Caufam efficientem* noftri Juris, quae eft Conceffio Imperatoris, de qua clementiffima privilegia teftantur. Illud tamen obftare videtur, quod nihil peculiare Zeidlarii hac conceffione impetraverint, cum ex antea dictis conftet, quod Apes de J. G. cuivis occupare atque habere liceat: ergo haec facultas jam tum Zeidlariis competiit? Sed refolutio hujus dubii facilis eft, cum illud praecipui Zeidlariis hoc privilegio indultum, quod alios hifce privilegiis non gaudentes, ab occupatione apium in fylvis Noricis arcere, folique apes habere queant; non fecus atque in fervitute altius tollendi fieri videmus; hac enim pati quis tenetur, ut vicinus altius tollat aedes; ipfe vero contra ædificando vel alio modo illud impedire nequit: prius vicino ex libertate naturali competit, ex qua in cœlum ufque ædificare cuilibet licet, nifi forte aut legibus aut ftatuto certus aedificandi modus fit definitus: pofterius vero alter jure fervitutis pati & omittere debet. Neque enim cum *Carpz. P. II. Conft. 41. d. 13.* credendum, fervitutem altius tollendi illud involvere, quod hanc fervitutem debens in gra-

tiam vicini prædii, ædes ſuas altius adificare teneatur; cum hoc naturae ſeruitutum repugnet, quæ in patiendo aut non faciendo ſive omittendo, minime vero in faciendo conſiſtit, *per l. 15. ʃ. 1. D. de ſervitut.*

Cap. III.

De Subjecto & Objecto Juris Mellicidii.

Summaria.

§. 1. Subjectum ſunt Zeidlarii; habitus illorum exhibetur. §. 2. Prædia illorum ſunt vel einſchichtige Zeidel-Güter, vel Zeidel-Mütter, vel Zeidel-Töchter. §. 3. Quæ in J. Can. Eccleſia matrix, tum ratione unionis. §. 4. Tum ratione diviſionis dicatur *c. 3* ✠ *de Eccl. ædif.* explicatur: quid per Acram ibi intelligatur? §. 5. Proprie Eccleſia mater denotat Eccleſiam Cathedralem. §. 6. Quae urbs in J. C. matrix dicatur etc. §. 7. Objectum Jur. Mellicid. ſunt Sylvæ Nor. Earum diviſio & amplitudo. §. 8. Sunt Sylvæ Imperii. §. 9. & 10. Quae Jura Seren. Burggrav. Norib. item Waldſtromeri & Forſtmeiſteri ibi habuerint; & quomodo illa ad Civit. Nor. pervenerint. §. 11. Waldſtromerorum inſignia. Sylvarum ſatio ex Celte & Heſſo. §. 12. Mellicidium & Apium in Sylvis ſuſtentatio: Apium de J. C. occupatio. §. 13. Cur Apes Regulum ſequantur. §. 14. Dagoberti de apibus Conſtitutio. §. 15. Zeidlariorum jura circa Apes, &c.

§. I.





§. I.

Exigit nunc methodi ratio, ut *Subjecti* conſideratio-nem ſubjiciamus. Illud vero conſtituunt Mellicidæ ſive Zeidlarii, id eſt, illi, qui praedia Mellicidii privilegiis macta atque ornata poſſident. Ipſum antiquum Zeidlariorum habitum & veſtitum, cum catapultis Imperio praeſto eſſent, ſervitiaque militaria exhiberent, ſubjectus in ſeq. pag. icon exprimit. &c.

§. II.

Prædia illa, quæ Zeidlarii poſſederunt, dividuntur in die einſchichtige Zeidel-Güter, Zeidel-Mütter & Zeidel-Töchter. Illa, ſimplicia ſcilicet, nullis aliis prædiis Zeidlariis obnoxia, ſed immediate Judicio Zeidlariorum ſubſunt. Iſta vero, die Zeidel-Mütter dicta, etiam immediate ſub præfati Judicii jurisdictione continentur, ſed inſuper alios fundos, filiales (ut ſic loquamur) obſtrictos ſibi tenent, & ad canonem, cenſum, laudemium &c. ſolvendum obnoxios habent. Horum, ut et ſimplicium, triginta ſex in ſylvis Noricis numerantur. Ex quo jam per ſe liquet, quænam prædia die Zeidel-Töchter dicantur, qui ſcil. onera iſta præſtare tenentur, ſicque non niſi mediate Judicio Zeidlariorum ſubjiciuntur.

§. III.

Geminam dividendi res in animatas rationem in *matrem & filiam*, in Jure quoque Canonico offendere licet, maxime ubi de Eccleſiis vel uniendis vel dividendis agitur. Et quidem quod ad Unionem attinet

 (quam

(quam omnino ex justis causis, paupertate v. g. Ecclesiarum, paucitate Christianorum, penuria Ecclesiæ ministrorum, illegitime facta divisione, aut si Ecclesia ob hostilitatem sit deleta, &c. licitam non solum, sed et proficuam reputamus atque necessariam) solide demonstravit *Dn. Schlevogt de unione Eccl. c. 3. per tot.* tres potissimum uniendi Ecclesiam modos esse, dum (1) vel Ecclesiæ quædam ita confunduntur invicem, ut non distinctæ sint amplius, ac unam eandemque prorsus constituant, unumque solummodo Ministerium, non duo vere dicantur: vel (2) Ecclesia gradu inferior alteri jungitur, ut distincta quæque maneat, altera Principalis, altera Accessoriæ vicem habente; vel (3) denique Ecclesiæ nonnullæ communi verbi divini ministerio utuntur, aut communi Prælato gaudent, ita tamen, ut neutra vel extinguatur, vel alteri subjiciatur. In isto, medio scilicet sive secundo modo, Principalis Ecclesia Matris sive matricis, Accessoria vero sive minus principalis, Filialis, Filiæ sive Nativæ nomine venire solet: Germanice dicimus die Haupt-oder Mutter-Kirch und Filial. Et huius Unitionis exempla etiam apud Protestantes plurima numero occurrere, testis est laud. *Dn. Schlevogt. c. l. §. 3.* duabus vel quatuor particularibus Ecclesiis, non qua jurisdictionem, sed qua ministerium sacrum, aut communem sacrorum usum subjective vni annexis: *Quæ igitur*, subdit, *inter parentes & liberos ratio observatur, ut eandem certo respectu personam, sed vero impari dignitatis gradu juncti referant, talem & hic cernere licet.* Add. *Finckelth. de Jure Patron. c. 5. n. 59. seqq. it. n. 62.*

§. IV.

§ IV.

Quod divisionem Ecclesiarum concernit, quam itidem non improbandam cum *Dn. Schlevogto in tr. de divis. Ecclesiar. & Benef. Diss. 3. §. 5.* ducimus, si vel amplitudo diœceseos, opes nimiæ, longinquitas locorum, difficultas itinerum, incrementum cœtus Christiani, diversitas linguarum, metus ab hæreticis &c. eandem suadeat, in illa quoque hujus distinctionis non rarus usus, quando nimirum antiquior Ecclesia Matricis, Junior vero & recentior Filiæ nomine designatur. Unde *Alexander III. in c. 3. X. de Eccles. ædif.* Archi-Episcopo Eboracensi concedit novæ Ecclesiæ erectionem ex eo, quod propter distantiam loci, tempore hyemali commode Parochiani non possint divinis officiis interesse, modo reservetur (α) Jus præsentandi Clericum ad novam Ecclesiam Rectori veteris Ecclesiæ, (β) Clerico novæ Ecclesiæ assignentur oblationes pro ejus sustentatione, si commode aliunde totari nequeat, & (γ) competens honor in nova Ecclesia pro facultate loci, matrici Ecclesiæ in memoriam reverentiæ servetur. Vid. omnino *Gonz. Tellez. ad. d. c. 3.* Ita (quod ad ultimum requisitum attinet) in *d. c.* casu, Dominus villæ istius, in qua nova Ecclesia erigenda erat, XX. *acras* (vulgaris legit: actas) terræ frugiferæ ad usum Sacerdotis sive Presbyteri conferre debuit. Quid per *Acras* (ut & hoc addamus) intelligendum veniat, inter Interpretes non adeo liquet. Rursum hic nostra faciemus ea, quæ habet *Dn. Schlevogt de divis. Eccl. Diss. 3. n. 13.* cum, quæ ap. *Gonzal. Tellez.* & alios Commentat. sparsim inveniantur, Vir lau-

laudatus uno complectatur fasce: *Quid Acra terræ proprie sit*, inquit, *non est prorsus expeditum. Vossius de vitiis Latini sermon. a Germ.* Acker *deducit*, & *certam agri mensuram significare ait*, *veluti jugerum. Petrus Gregorius ex Hostiense monet*, *mensuram terræ esse* & *dimidium quasi jugeri*, *continens CXX. pedes longitudinis* & *LX. in latitudinem: Anglis vocare Ane*, *Acre*; *Gallis Aripentum vel Arepennum. Alios autem Acram appellare*, *quantum par boum uno die arare possit. Sed super eo*, concludit, *alii delitigent.* Add, *Carol. du Fresne in Gloss. hac voce.*

§. V.

Cæterum Matricis Ecclesiæ nomine proprie Cathedrales tantum Ecclesiae indigitantur, prout patet ex *c. 22.* ✠. *de V. S.* Unde *Gonzal. Tellez. ad d. c.* ex *gloss. ad l. 16. C. de SS. Eccl.* Romanam Ecclesiam, quæ omnium aliarum mater est (loquitur ex hypothesi Pontificiorum) primam matricem appellari notat: Cathedrales vero, respectu illius, secundas matrices; quæ ipsæ tamen, respectu totius Episcopatus, etiam primæ vocari possunt.

§. VI.

Neque etiam Jus Civile divisionem in matrem sive matricem atque filias ignorat, quando in *l. 4. ff. 5. de off. Pro-COS.* matricem urbem nominat, quæ in *l. 7. pr. eod.* Caput provinciæ, alibi Metropolis audit. Dici possent & illæ urbes Matres, ex quibus Coloniæ alio deducuntur: it. eæ, quæ aliis urbibns originem dederunt, & ob id a *Salustio* Origines dicuntur. Notat *Dion.*

Dion. Gothofr. ad cit. l. 4. §. 5. de off. Pro-COS. dari etiam matrices libellos, id eſt, matriculas &c.

§. VII.

Sed redeamus in viam, a qua nos fœcunda hujus vocabuli notatio in minus ſterilia avia abduxit, an ſeduxit? Devolvimur itaque ad *Objectum* hujus Juris, quod conſtituunt principio *Sylvæ Noribergam ambientes*, quas *Carolus IV. Imperator in privil. ann. 1350. concesſo*, Sein und des Reichs Biengarten vocat. Conſtat autem Sylvas iſtas a primariis Urbis Noricæ Parochiis in Sebaldinam atque Laurentianam diſpeſci, quarum utraque rurſum in ſex circulos ſubdividitur: quilibet autem circulus circiter 10000. jugerum continet. Ambitum harum ſylvarum *Celtes de Origine, ſitu &c. Norib. c. 2.* ſedecim millium (id eſt milliarium) definit.

§. VIII.

Fuerunt autem iſtæ ſylvæ & hodienum ſunt Imperii, ita tamen, ut ex ſpecialibus Imperatorum privilegiis cura iſtarum ſylvarum III. Norimb. ſit demandata. Unde, ut ex pluribus aliis argumentis hoc unicum adducamus, *Carolus IV. ann. 1355.* ita inter alia: *Donamus & concedimus civibus de conſilio Civitatis Nurembergenſis, fidelibus noſtris dilectis omnibusque ſucceſſoribus, pro cuſtodia & ſalvamento earundem ſylvarum infra ſcripta jura, Conſtitutiones & Statuta pro juribus perpetuis habendis: In primis, quod omnes officiales, Foreſtarii & Mellicidæ, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur, ſuper utrisque ſylvis utrobique ex utraque parte fluvii Pegniz, quando ex parte*

Consulum Civitatis Nurembergensis requiruntur, singulis angis semel tenentur venire ad consilium Civitatis Nurembergensis, & ad sanctos jurare, constanter observare & tenere, quicquid prædicti Cives de Consilio Civitatis Nuremb. deliberaverint, pro Imperio & Civitate ipsorum, quod utile sit eiusdem sylvis, & debent etiam accusare & nunciare per dictum eorum juramentum, quicquid prædictis sylvis poterit esse nocivum & damnosum. Prædicti etiam officiales, forestarii, aliique servitores ipsorum nulli tenentur vendere aliqua ligna de ambabus sylvis, nec alicui dare licentiam ligna de eisdem sylvis, exceptis illis, qui antiquitus de eisdem sylvis utebantur, & qui jus in hoc habere noscantur, &c.

§. IX.

Licet autem Serenissimi Burggravii de Nurenberg in literis Investiturarum de ann. 1273. (quas alia occasione exhibuimus) *de officio Foresti ab illa parte pontis versus castrum diœcesis Bambergensis* (i. e. Sylvæ Sebaldinæ) *cum suis attinentiis; item, de tertia arbore de foresto ac omnibus lignis jacentibus in eodem &c.* investiti fuerint; tantum tamen abest, ut eo ipso Sylvæ ab Imperio alienatæ fuerint, aut inde Superioritas aliqua in sylvas & territorium Noricum exsculpi possit, ut potius tantum de officio Foresti, non quidem in omnem sylvam, sed in illam, quæ est a parte pontis versus castrum diœc. Bamberg. investiti fuerint, in tantum, ut ex supra laudato Caroli IV. privilegio, aliisque pluribus Imperatoriis diplomatibus constet, sine consensu Senatus Norimb. nullum officialem ne arborem quidem alienare potuisse. Unde & Seren. Burggravii, Fridericus Senior, Iohannes & Fridericus Iunior an.

an. Christ. 1391. Senatui Nor. inter cætera etiam, de sylvis non alienandis &c. caverunt. Ipsæ literæ exhibentur inter *Documenta Revisor.* Nürnb. *contra* Brandenb. die Fraisliche Obrigkeit betreffend ꝛc. *fol. 28.* Porro quemadmodum ab altera parte pontis versus diœcesin Eichstatt. id est, in sylva Laurent. de officio Foresti, Waldstromeri atque Forstmeisteri investiti, nullam ex illo officio Superioritatem territorialem affectarunt; ita nec hic ex investitura de officio Foresti illa aut obtendi aut obtineri poterit. Inde etiam est, quod formula ista: Unsere und des Reichs Wälder, in innumeris Imperatorum diplomatibus post Investituram illam factam, occurrat: Unde *Carol. IV. in privilegio,* quod supra laudavimus: *Nos Carolus IV, --- respicientes & considerantes defectus & dampna, qui & nobis & Imperio quotidie obveniunt in nostris & Imperii sylvis & nemoribus prope Nurmberg sitis &c.* Quod autem *de tertia arbore* in adductis literis dicitur, illud primo ipsi Sereniss. Electores im Ausspruch zwischen den Burggraven und der Stadt Nürnberg de ann. 1362. de tertia emolumentorum parte ex sylva Laurentiana intelligendum esse declararunt; secundo innuit, ista verba de certa ex sylva Laurent. parte sive portione, non vero de tota sylva esse accipienda; quæ jura omnia postea Civitati Norib. vendita fuerunt.

§. X.

Præter hæc jura Seren. etiam Burggravii *pignoris loco* in sylvis Noricis tenuere *Judicium Zeidlariorum Feuchtæ:* Ex quo etiam illud prono alveo consequi-

 tur,

tur, illos non fuiſſe Dominos dictæ ſylvæ; neque enim res mea mihi oppignorabitur *per l. 45. D. de R. J.* Ceſſit autem hoc Judicium Zeidlar. una cum cæteris in ſylvas, qua Sebaldinam, qua Laurentianam juribus, eousque a Sereniſſimis Burggraviis exercitis, Ann. 1427. Senatui Norico juſto venditionis ab Imperatore Sigismundo approbatæ titulo: Ita autem habent verba Ceſſionis Jud. Zeidlar. (reliqua enim utpote a ſcopo noſtro remotiora merito omittimus:) Von GOttes Gnaden, Wir Friedrich, Marggrave zu Brandenb. ꝛc. ꝛc. haben alſo abgetreten, verzigen, ein- und übergeben, all unſer Recht der Pfandſchaft an und auf dem Zeidel-Gericht, Zeidlern, Zeidel-Gütern und Honig Geld zu Feucht, auch mit allen Ehren, Freyheiten, Privilegien, Renten, Nutzen, Fällen, Dienſten, Zugehörungen, Gewohnheiten und Rechten ꝛc. Ex quibus inſimul liquet, quomodo Judicium Zeidlariorum ad S. P. Q. N. pervenerit.

§. XI.

Ante laudatam vero venditionem & ceſſionem, Forſtmeiſteri A. C. 1372. & Waldſtromeri Ann. 1396. ſua in ſylvam Laurentianam jura Civitati Norib. vendiderunt. Non poſſumus autem, *Waldſtromerorum* dum mentionem facimus, ſilentii peplo ingenioſum *Caroli Nüzelii, Equit. Aurat.* diſtichon involvere, quo in illorum inſignia in area rubra duas bicornes furcas argenteas, decuſſatim poſitas exhibentia, ita luſit:

Quid ſylvana duplex deſignat furca bicornis?
In ſylvas proavos Jus habuiſſe ſuos.

Ne-

Neque etiam illud prætereundum ducimus, quod de ſatione harum ſylvarum mirabundus recenſet *Celt.cit. c. 2. de Origine Norib. Ubi ſylva*, inquit, *ſterilitate arenæ exaruerit, illam, quod mireris, lucis ſativis reparant, quandoquidem ſerendarum ſylvarum ſcientia noſtrorum hominum ſolertia nuper inventa eſt: tantus amor nemorum.* Quae verba non ſylveſtri ſtylo & metro *Eob. Heſſ. c. 10. de Norib.* expreſſit, cuius inter alia hæc verba:

Tum videas prodire novas ſine ſtipite frondes,
mox quoque cauliculos tenues, tum cortice robur
adcreſci, parvosque umbram defendere ramos
exiguam, teneramque novo de germine ſylvam
ſurgere, & in patrias paulatim adoleſcere formas;
donec in antiquum redeat decus, altaque cælo
attollat capita, & concuſſo vertice nutet,
laſſatura iterum patrias jam ſylva ſecures, &c.

§. XII.

Nondum tamen ſylvas haſce linquere licet: adhuc enim *in Objecto* conſiderari debent *mellicidium, apium etiam in ſylvis iſtis ſuſtentatio atque collectio:* De J. C. apes & favi non niſi occupatione acquirebantur: itaque, licet apes in noſtris arboribus conſederint, antequam tamen a nobis alveo includantur, non magis intelliguntur noſtræ eſſe, quam volucres, quæ in noſtra arbore nidum fecerunt, ideoque ſi alius eas incluſerit, is earum Dominus erit. Examen etiam apum, quod ex alveo noſtro evolaverit, eousque intelligitur eſſe noſtrum, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis per-

perſecutio ejus: alioquin occupantis fit: *l.5. §.4. D. de A. R. D. & ſ. 14. J. d. R. D.* ad quem §. illud obſervat *Conr. Ritterſh. ICtus æternorum meritorum*, quod inde appareat apes migrationem inſtituere, cum non ſingulæ apes, ſed totum examen avolat.

§. XIII.

Cum vero apes vix occupatæ dici poſſint, niſi inſimul Regulus, quem vocant, alveari includatur & capiatur, diſquirere hic libet, cur hunc tam anxie examen ſequatur? Rationem ſuppeditat *Dn. Becmann. Parall. Polit. c. 6. ſ. 2. De Apibus ſentimus, earum Regulum non ducem, ſed marem eſſe totius cœtus: Quod vel inde ſuſpicari licebit, quod communiter apes credantur ſexu carere; ſi enim omnes æque deprehendantur pariendi facultate inſtructæ, jam nullus ipſis ſexus erit, quod certe naturæ animalium omnium repugnat, & tamen admittendum erit, niſi Ducem pro mare habeamus*; hancque ſententiam ulterius *ex Plinii lib. XI. H. N. c. 16.* confirmat.

§. XIV.

De cætero non abſonam a J. C. diſpoſitionem *Caroli M.* circa occupationem apium adducit *Noë Meurer P. II. rubr.* von Immen, & ex eo complures alii: ſed fruſtra hanc *Caroli M.* conſtitutionem *in Capitularibus Regum Francorum*, quæ nitidiſſime *Stephanus Baluzius* Ann. 1677. edidit, quæſivimus; tandem denique *Capitul. tertio Dagoberti Regis* ſive *Lege Baiwariorum tit. 21. c. 8.* reperimus, quæ cum illis, quæ Meurerus laudat, conveniunt: Ita enim *c. l.* Dagobertus ſanxit: *Si*

Si apes, id est, examen alicujus ex apili elapsum fuerit, & in alterius nemoris arborem intraverit, & ille consecutus fuerit, tunc interpellat eum, cujus arbor est, & cum fumo & percussionibus ternis; de transversa secure, si potest, suum ejiciat examen, veruntamen ita, ut arbor non lædatur, & quod remanserit, bujus sit, cujus arbor est.

§. XV.

Quicquid tandem sit de aliorum juribus, in sylvis Noricis nemo praeter Zeidlarios apes tollere & eximere potest, qui, ne incauti hujus juris temeratores ignorantiam praetendere queant, *arbores*, in quibus mellificarunt apes, *signare* solent. Sed, non solum isti soli apes sylvestres occupant, sed etiam nemo præter ipsos, apes jure in sylvis habere potest, quod statim *in cap. seq.* ipsa privilegii verba edocebunt. Circa alias porro immunitates atque prærogativas, maxime vero, *circa jura Foresti*, Jus nostrum versatur, quorum considerationem commodius ad tractatum *Effectus* reservabimus.

CAPUT IV.

De Forma, Fine & Effectu Juris Mellicidii.

SUMMARIA.

§. 1. Forma in quo consistat. §. 2. Privilegium Zeidlariorum exhibetur. §. 3. 4. & seq. Finis & Effectus varius.

§. I.

§. I.

Forma nostri Juris æque ac aliorum jurium consistit *in concessione vel patientia, & usu sive exercitio.* Patientia enim & usus in rebus incorporalibus, quæ veram & realem traditionem respuunt, *l. 43. §. 1. de A. R. D.* pro traditione possessionis habetur. In quibus vero consistat, illud omnium optime ex ipsis *privilegii verbis*, (ad quæ iterum iterumque hactenus provocavimus) haurire licebit, cum

dulcius ex ipso fonte bibantur aquæ

§. II.

Ita autem habent verba:

Wir Karl von GOttes Gnaden, Römischer König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und König zu Böheim, verjahen öffentlich, und thun kunth mit diesem Briefe, allen denen, die ihn sehen oder hören lesen, daß für unser Königlich gegenwürtigkeit kommen sein, unser lieb getreu, die Zeidler gemeiniglich, uff unserm und des Reichs Walde bey Nürnberg gelegen, und haben uns gebetten und geflehet mit gantzem Fleiß, daß wir ihn alle ihre Rechte, die hernach geschrieben stehen, die sie von langer Zeit bißher gehabt haben, von den Zeildelguten, auf dem vorgenandten Walde bey Nürnberg, bestetigen und confirmiren wolten, von besondern unser Königlichen Gnaden. Des ersten, daß sie in allen Stetten des Römischen Reichs sollen Zollfrey sein, und darnach kein Recht zu halten, dann vor ihrem Zeidelmeister zu Feucht. Es seyen auch ire recht also, daß man alle Zeidelgut zimmern soll, aus

unserm

unserm und des Reichs Walde bey Nürnberg, und um dasselbe Zimmer soll man Urlaub begeren und gewinnen um den Waldstromer und den Vorstmeister, und die sollen es erlauben umsonst, und in welches Vorsters Hut das Zimmer gehauen wird, dem soll man davon geben zwen Haller. Sie haben auch das Recht, daß ein jedlicher Zeidler alle Wochen soll füren zwey Fuder Stöck und Kannen, aus des ehgenannten Reichs Walde, und mag dies verkauffen, ob er will, und ihn soll niemand daran hindern noch irren. Es soll auch kein Zeidler, kein Vorstrecht geben. Es soll auch auf des ehegenannten Reichs Walde niemand kein Pin haben, denn allein geerbet Zeidler, ohn der Stromer und der Vorstmeister. Es ist auch recht, daß ein jedlicher Zeidelmeister, der von des Reichs Gnad zu Feucht sitzt, soll setzen und entsetzen alle Zeidelgut, also daß uns und dem Reich an seinen Guten icht abgehe, und auch, daß das Reich sein Dienst auf denselben Guten finden. Es ist auch recht, welcher Zeidler willen zu fahren hat von dem Zeidelgut, derselb soll geben 13. Haller dem Zeidelmeister, und wer das ob der Zeidelmeister dieselben Haller verschlüg, so mag der Zeidler von dem Gut fahren, ob er will, und dieselben Haller legen auf das Uberthür inn dem Hause, da er ausfert, und soll darnach fahren, als ein gerechter, und wer denn auf das Zeidelgut fert, der soll dem Zeidelmeister einen Schilling Haller der kurtzen geben, und daran soll er sich lassen genügen. Es ist auch recht, ob der belehnet Zeidelmeister von uns und dem Reich das Zeidel-Gericht nit besitzen will, daß er einen andern Zeidelmeister an sein

statt setzen soll nach der Zeidler Rath und nach ihren Willen. Sie sein auch schuldig von ihren geschrieben Erben auf den Zeidelguten, und von allen ihren vorgeschrieben Rechten, die sie von uns und dem Römischen Reich haben zu dienen uns und dem Reich, zwischen den vier Wälden auf Gnade, und der Dienst ist also, daß sie dienen sollen mit 6. Armbrüsten, und zu demselben Armbrüsten soll man ihn geben Pfeil, was sie ihr bedürffen. Es ist auch ihr Recht, daß man ihn Wägen von Hof soll geben, und auch Koste, und ob man des nicht enthett, so sein sie ihres Dienstes ledig. Es sollen auch alle versagte Pin auf unserm und des Reichs Walde, gehören in desselben unsers Reichs Pingarten, und wer ein Peuten niederheuet, der ist schuldig dem Zeidelmeister zehen Pfund Haller und einen Haller, und dem des die Peut gewest ist, auch zehen Pfund Haller und einen Haller. Und wer auch einen gewipfelten oder gemerckten Baum abhauet, der ist schuldig dem Zeidelmeister ein Pfund Haller, und dem, des der Baum gewest ist, auch ein Pfund Haller. Es sollen auch die Zeidler zwirnt in dem Jahre darum rügen den Zeidelmeister. Ist aber, daß er ihn das nicht ausrichtet, so sollen sie es klagen unserm und des Reichs Pfleger, und der soll es ausrichten, und auch die Puß darum nehmen, als vorgeschrieben stehet. Es ist auch recht, auf unserm und des Reichs Walde, bey Nürnberg gelegen, und als ferre der Pinkreiß gereichet, daß niemand keinen Schwarm aufheben, noch sich unterwinden soll, denn ein geerbter Zeidler, und soll auch jeder Zeidler von seinen Guten geben sein Hönniggeld uns und dem Reiche,

als

als es von Alter an uns herkommen ist, oder dem, der es von uns und dem Reich innen hat. Die Zeidler sollen auch pfenden an Linden und an Salhen, und an Spürkeln um ein Pfund Haller, und dieselben Pfand soll man antworten dem Stromer, und der Stromer soll dann dem Zeidler davon einen Schillinghaller geben, dem, der ihm die Pfand antwortet. Es soll auch jeder Zeidler hauen, was er zu den Peuten bedarf. Und soll auch jeder Forster Pin haben in seiner Hut, und nicht ferrer, und soll auch kein Forster ziehen, denn der Stromer und der Forstmeister. Es ist auch ihr Recht, daß der Zeidelmeister, in unserm und des Reichs Dienst soll verfahren, und soll In von Hof ihr Kost fordern, und auch ihre Rechte, und um denselben Dienst ist man dem Zeidelmeister schuldig seinen Weißpfenning: Und was auch Todschläg in dem Gericht geschehen, das gehöret einem Landvogten an, oder den, der es von uns, und von des Reichs wegen innen hat. Des haben wir angesehen, der vorgenanndten Zeidler getreuen steten und Nutzen Dienst ꝛc. Geben zu Nurnberg, da man zalt nach Christus Geburt, dreyzehenhundert Jahre, und darnach in dem fünfzigsten Jahre, des nächsten Dienstags nach Gottes heiligen Leichnam, in dem vierdten Jahre unserer Reiche.

§. III.

Ex hisce jam sua sponte profluit *Effectus* (de *Fine* enim, qui procul dubio est cura & custodia, seu, ut minus Latine loquuntur, melioratio & salvamentum sylvarum, multa non attinet dicere) ut adeo ejusdem

ferme recensitione supersedere queamus, ne crambem bis coctam denuo recoquamus, nisi melioris doctrinæ gratia illum in certas classes redigere allubesceret. Dispescimus autem hunc effectum in *Lucrativum* & *Onerosum*. *Lucrativus* alius est *Generalis*, quo in uniuersum Zeidlarii, alius *Specialis*, quo Magistri solum Zeidlariorum &c. gaudent. Possemus *Generalem* subdiuidere in *Communem*, quem aliæ etiam personæ ex certis privilegiis habent, & *Proprium*, cujus soli Zeidlarii sunt participes. Ille *communis* inter alia in eo consistit, quod (1) *a vectigalium pensione immunes* sint in omnibus Imperii civitatibus: quo singulari immunitatis jure etiam alii gaudent (unde eundem communem esse diximus) v. g. Fiscus *l. 9. ff. f. D. de vectigal.* Professores, Doctores, Studiosi, per *auth. Habita. C. ne filius pro patr.* Quærimus hic, Annon teneantur vectigal ad refectionem pontium atque viarum solvere? nec dubitamus affirmare, per *l. 6. C. de SS. Eccl.* (2) *Speciale fori privilegium habent:* Quale privilegium etiam aliis, Clericis, v. g. Viduis, Studiosis &c. indultum. Possunt autem & debent, vi privilegii istius (quod de illis temporibus loquitur, quibus Judicium & Jurisdictionem in Zeidlarios Senatus Norib. nondum habuit) Feuchtæ coram Magistro suo conveniri, scilicet, quoad causas civiles: De criminalibus enim Judex provincialis sive Præfectus Imperii tunc temporis cognoscebat: in quorum tamen locum postmodum, ceu alibi demonstratum, S. P. Q. N. successit. Ex quo vero Magistri isti desierunt, dum in eorundem locum, maxime post acquisitum justo pretio Feuchtanum

num Judicium, Præfectus Sylvæ Laurentianæ surrogatus est, consequens etiam est, hodie tam in Criminalibus, quam civilibus Illustr. Senatum Norib. jurisdictionem in Zeidlarios exercere: utut jam tum vigentibus adhuc Magistris istis, nihilominus Civitati Noricæ conceptis verbis fidem suam de non devastandis nemoribus adstringere debuerint, sicque Civitati obligati fuerint.

§. IV.

Proprius effectus concernit (1) *vel jura foresti* (quanquam hujus respectu etiam ad effectum communem referri queat, quippe quo etiam Forestarii in sylvis Noricis gaudent) dum scilicet gratis ligna cædere possunt, daß sie kein Forst-Recht geben, aut singulis hebdomadis certam quantitatem lingnorum demortuorum atque truncorum e sylvis vehere, pro lubitu vendere, tantumque, quantum ad prædiorum suorum structuram atque refectionem opus, tollere possunt: vel (2) *Apes*, quem effectum non male pro adæquato vereque proprio nostri Juris habere possumus, dum nemini, exceptis nostris Mellicidis, apes in sylvis Noricis fovere, tollere aut cædere fas est, in illos etiam, qui secus faciunt, aut arborem signatam succidunt, gravi mulcta, coram Judice suo animadvertere possunt. Quid? quod ne gramen quidem in sylvis demetere & desecare impune licet, *ex sanctione Ordinat. Sylv.* ne scil. victus apibus subtrahatur. Ad hoc ligna, quibus ad alvearia exstruenda opus habent, e sylvis capere licet. *Spe-*

cialis effectus concernit potiſſimum *Magiſtrum Zeidlariorum*, dum cenſum emigrationis Zeidlarii prædia ſua commutantes, & aliorſum concedentes, eidem ſolvere tenentur, quem ſi accipere recuſet, abituriens Zeidlarius illum limini prædii ſuperimponit, ſicque tandem diſcedit; qualem oblationis ſpeciem Jura alioquin noſtra Juſtinianea ignorant. Introitum etiam (ut ita dicam) novitii Zeidlarii exhibere eidem tenentur. Ad ſpecialem effectum etiam referenda ſunt, quæ ſupra *c.3. §.2.* de prædiis filialibus monuimus.

§. V.

Oneroſus denique effectus in eo conſiſtit, quod *catapultis* in quatuor ſylvis, Imperio præſto eſſe, ſuaque officia gratis exhibere debuerint: Catapultis ideo, quod illa tempora, quibus illa privilegia data, infelicem bombardarum & misſilium ignium, dum ipſum Vulcanum legibus noſtris ſubjicere ſcimus, uſum prorſus ignorarint. Quæ vero *quatuor ſylvæ* hic deſignentur, N. L. Certum præterea *canonem* quotannis, das Honiggeld, præſtare tenentur: prædia, citra Domini conſenſum alienare non poſſunt, & quæ alia ex dicto privilegio erui queunt.

Cap.

CAP. V. & ultimum.

De Judicio Zeidlariorum, de Contrariis, & Affinibus Jur. Mellicidii.

SUMMARIA.

§. 1. Quos olim Judices habuerint Zeidlarii: Differunt Buticul. & Magifter Zeidlar. §. 2. Buticularius unde dicatur. In Capitul. Regum Francorum per illum denotatur Pincerna, uti per Sinefcalcum Dapifer: quomodo Buticulario in Mellicidas Jus competere potuerit, conjicitur. §. 3. Qui hodie Judicium Zeidlariorum conftituant. §. 4. Quæ in folenni Judicio peragantur. §. 5. Contraria huic Juri. §. 6. Judicium Vefparum quid? Formula impia de evocandis apibus ex Baluzio. §. 7. Judicium Murium. §. 8. Affine eft jus Foreftæ.

§. I.

Quod fi denique horum jurium ratione controverfiæ fubnafcerentur, olim coram Magiftro Zeidlariorum expediebantur; fi vero quis ipfum Magiftrum convenire voluerat, adibat *Buticularium* five *Butigliarium.* Teftatur id decifum *Rudigeri* von Brand, *Landvogti Norib.* cujus verba damus: Ich Rudiger von Brand, der Landvogt zu Nürnberg ꝛc. Daß für mich kam im Gericht Hiedbrand, der Zeidelmeifter von Feucht, und begehrt zu erfahren an einer Urtheil ihme und den Zeid-

lern: Wer zu ihm icht zu sprechen hett, wo er das mit Recht fordern sollt. Ward ertheilt: Wer zu dem Zeidelmeister selbst icht zu sprechen, der soll das fordern von einem Butigler zu Nürnberg; wer aber zu dem Zeidler icht zu klagen hett, der soll das fordern von einem Zeidelmeister, und anders nindert, Anno 1296.

§. II.

Buticularii vocem a Germanico: Butte, alibi deduximus: nec nos hactenus Originationis istius pœnituit, maxime, cum postea *Fr. Pithœum in Gloss. ad L. Salicam*, hanc vocem inde etiam deducere observaremus; unde & in veteri quodam glossario *Buttas*, it. *Butticellas* legi tradit. Interim, dum aliud agentes Capitularia Regum Francorum circumvolvimus, *in Capit. de Villis Caroli M.* Buticularii mentionem aliquoties invenimus, ita quidem, ut semper cum Sinescalco conjungatur: quem vero admodum *Sinescalcus* ciborum curam præcipue habuit (unde eundem, *ex continuatione Aimonii, Regiæ mensæ præpositum, & ex Regin. Prumiensi Principem coquorum*, hodie vero *Dapiferum* vocari dicit *Hier. Bignonius in not. ad Marculf.*) ita, & origo verbi, & cit. capituli contextus, & dictorum Celebratissimorum virorum auctoritas suadet, Buticularium denotare *Pincernam*, *Pocillatorem &c.* Quo pacto vero huic Iurisdictio in mellicidas competere potuerit, ex laudatis Capitularibus colligere licet: patet nimirum *ex c. 47. quod & Sinescalcus & Buticularius de verbo Regis vel Reginæ venatoribus, falconariis, vel reliquis ministerialibus aliquid facere præcipere potuerint*, ut habent ipsa

Ca-

Capit. verba: Potuerunt ergo & Mellicidis præcipere, utpote quos ad Venatorum & Falconariorum claſſem hactenus referre licebit, quatenus utrique menſam Principis feris, melle &c. inſtruunt: Unde, quod maxime opinionem noſtram corroborat, cum in præced. *c. 16.* Buticularii mentio injecta, in ſubſeq. *c. 17.* ſtatim Carol. M. de apium cura hanc conſtitutionem ſubjicit: *Quantascunque villas unus quisque in miniſterio habuerit, tantos habeat putatos homines, qui apes ad opus noſtrum provideant.* Egregie hæc confirmant, quæ habet *Bignon. cit. loc. ex Hincmar. & Adhalardi ep. 3. c. 23. Quæ cura*, inquit, *quanquam ad Buticularium vel ad Comitem ſtabuli pertineret, maxima tamen cura ad Seneſcalcum reſpiciebat, eo, quod omnia cætera, præter potus vel victus caballorum ad eundem Seneſcalcum reſpicerent.* Quis non hic videt curam caballorum comiti ſtabuli aſſignari? Cura igitur potus Buticulario remanebit. Quomodo vero, & ob quam cauſam Mellicidæ ejus mandatis obedientes fuerint, jam tum innuimus, illud addentes, quod olim vinum, ut aqua, ita melle miſcere & temperare, aut mulſum ſic efficere moris fuerit.

§. III.

Hodie obliterata Botigliariorum & Magiſtrorum memoria, alia dirimendarum controverſiarum

proximum plerumque a Septemvirali Collegio locum occupantium Ordine, qui sylvarum curam gerunt, die Waldherren, *præsident. Judicis Superioris* (qui forte Buticularium refert) personam sustinet *Dn. Præfectus sylvæ Laurentianæ.* Hic sub se habet (1) *Judicem inferiorem* (quem, credimus, non male quis cum Magistro Zeidlariorum composuerit.) Hic singulis annis, modo suo officio rite functus fuerit, denuo confirmatur. (2) *Quatuor-Viri* (die Vierer) quorum munus ambulatorium est & anniversarium, ita quidem, ut quovis anno duo, qui scilicet jam per biennium præfuerunt, officio suo abeant, duoque de novo in illorum locum substituantur; sicque in effectu quilibet ex his Quatuor-Viris per biennium hac prærogativa gaudet. Electionem eorum peragunt laudati Dn. Senatores, Dn. Judex, et quatuor Seniores ex Zeidlariis. (3) *XII. Scabinos*, quos præfati Dnn. Senatores & Judices legunt. (4) *Actuarium.*

§. IV.

Celebratur autem novisque quasi personis animatur hoc Judicium (nisi sonticæ causæ aliud fortassis suadeant) singulis regulariter *Maji Calendis:* quanquam olim pluries, & quidem *sexies* illud celebratum fuisse, colligere liceat *ex Gravam.* der angestellten *Revision Sen. Nor. &c. fol. 92.* Eliguntur isthoc tempore tum Quatuor-Viri, tum etiam Scabini, qui de administranda justitia & procurando Judicii hujus commodo, stipulata manu promittere, verbisque conceptis jurare tenentur. Subditos etiam Judex muneris sui commonefacit, es wird ihnen ihre Pflicht vorgelesen, darauf anzu-

anzugeleben, und derselben gehorsamlich nachzusetzen. Novitii etiam Zeidlarii albo inscribuntur, & ad fidem servandam adstringuntur. Tandemque Leges & Ordinationes Zeidlariorum prælegùntur.

§. V.

Absoluta ita Juris hujus *constitutione*, more Justinianeo, ad ejus *dissolutionem atque contraria* pergemus. *Repugnant* autem huic juri in specie (generalia enim privilegiorum contraria, v. g. Nonusum, Interitum rei &c. in præsenti non vacat exponere) (1) *Inobedientia*, si Zeidlarii Ordinationibus Illustr. Senatus Norici obsecundare detrectent, quod jam ante venditionem factam obtinuit: Ita enim *in diplomate Caroli IV. Ann. 1355. Volumus etiam, qualitercunque quolibet anno prædictæ sylvæ per præfatos Cives (scilicet de Consilio Civitatis Norimbergensis) dispositæ fuerint & ordinatæ, quod eandem ordinationem & statuta præfati Officiales, Forestarii & Mellicidæ earundem sylvarum, vel quicunque ad easdem sylvas pertinet, easdem constitutiones constanter & firmiter debeant observare, & si ipsi illud transgrederentur, & nollent esse obedientes, in quibuscunque articulis prius scriptis & expressis, vel quæ adhuc pro utilitate sylvarum ordinarentur, & super eo statuerentur, hoc fieret: ex tunc judex & cives prædictæ civitatis Nuremberg. possunt & debebunt eosdem transgressores & inobedientes corrigere, in rebus & personis prout ipsis videbi-*

a. 1358.) & Imperio & dictæ civitati pro reformatione ipsorum nemorum, absque contradictione qualibet, libere jacere dimittant, & ulterius de eadem residua excrescentia ultra prædictum numerum se minime intromittant. Volumus namque ac nostræ intentionis existit, ut prædicta excrescentia devastatorum nemorum, quæ Fürreut *dicuntur, ad usus dictorum nemorum redeant & applicentur, & successuris temporibus in nemora crescant & redigantur.* (3) Alienatio dictorum ducentorum jugerum sub jurium omnium amissione *d. l.* prohibetur. (4) Alienatio etiam jurium quorumvis & officiorum, sive fiat oppignorando, aut (quod verbum laudati diplomatis est) *impignorando*, obligando, permutando, donando, &c. itidem sub prædicta pœna interdicitur.

§. VI.

Denique occasione Judicii Zeidlariorum, quod Apiarium Imperii in primis concernit, hic, ubi aut de contrariis aut de affinibus agimus (ad utrumque enim referri poterit) mentionem injicere libet *Judicii Vesparum* Quid hoc monstri? unus itemque alter cogitabit. Vespam quidem judicem novimus apud *Sapientissimum fabulatorem Phædrum, cujus elegantes & purissimæ Latinitatis fabulas, uti Aug. Buchnerus semper amavit, ita nemini non eruditorum in deliciis fuisse vidit P. II. ep. 71.* Fingit autem ille *fab. 52.* fucos apum favos suos esse contendisse, judice vespa, hanc, cum fuci favos parare recusarent, ut ex sapore mellis & forma favi auctor mellis litigiosi appareret, talem denique sustulisse sen-

ten-

tentiam: *Apertum est, quis non possit, aut quis fecerit; quapropter apibus favum restituo suum.* Sed enim alia omnia in isto vesparum judicio, de quo nobis sermo, tractabantur: Agitur enim ibidem *de banniendis sive proscribendis*, &, ut sic loquamur, *excommunicandis fucis*, quod in Arnsbergensi Comitatu viget. Quanquam de ejusdem existentia dubitanter quodammodo loquatur *Webnerus:* Ita enim *in Epist. Goldast. ep. 403. Ridiculum aliquid audivi de* **Wespen-Gericht, in der Graffschaft Arnsberg.** *Quod si verum esset animi relaxandi causa inserendum putarem. Est quidem incredibile, sed ego Pragæ audivi, sub juramenti adsertione, ut rem gestam recitari, scilicet de banniendis quotannis fucis in isto Comitatu per singulare ad id deputatum Judicium. Poterit id a Mercatoribus Coloniensibus vel vicinis sciri.* Hæc verba ubi compilatores **der Monatlichen Unterredungen einiger guten Freund** 2c. *mensi April. 1689. p. 437.* inseruissent, subdunt: *Webnerus* redet von seinen *Observationibus Practicis* - - Sie funden aber nichts, und stunden in den Gedancken, *Webnerus* hätte vielleicht keine weitere Nachricht haben können, und dem, was er zu Praga gehöret, nicht allein trauen wollen. Ist mir recht, (addit collocutor) so habe ich bey denen *Capitularibus Regum Francorum*, so *Baluzius* edirt, etliche *Formularien* gelesen, wie man vor diesem das Ungeziefer *bannisiret*, welche Gewohnheit vielleicht in dem Wespen-Gericht übrig geblieben. Sed quemad-

dis apibus exhibet, quam subjicimus, veniam tum ob styli, tum maxime ob materiæ barbariem præfati: *Adjuro te, mater aviorum, per Deum, Regem cælorum, & per illum redemptorem filium DEI te adjuro, ut non te altum levare, nec longe volare, sed quam plus cito potest, ad arborem venire. Ibi de allocas, cum omni tua genera vel cum socia tua. Ibi habeo bono vaso parato, ubi vos ibi in Dei nomine laboretis, & nos in Dei nomine luminaria faciamus in Ecclesia Dei, & per virtutem Domini nostri Jesu Christi, ut nos non offendat de radio solis, sicut vos offendit de egalo flos, &c.*

§. VII.

Sed apage aniles hasce atque blasphemas nænias. Nos, qui novimus *SS. DEI nomen non esse assumendum in vanum*, merito hæcce talia detestamur. Interim probabilem dicti Vesparum Judicii, circa superstitiosa ista tempora, existentiam reddit jucunda historia, quam insignis ille Historicus, *Jac. Aug. Thuan. l. 6. Hist.* de muribus banniendis recenset: scilicet, cum in Heduensi præfectura ingens murium multitudo corrosis passim segetibus magnum damnum daret, & populus illos diris devovendos censeret, Episcopi vicarium ternis præconiis mures in jus vocasse: hisce non comparentibus, *Barthol. Cassanæum*, magni postea nominis JCtum, absentium patrocinium suscepisse, judicibusque persuasisse, ut, quod non rite atque ordine fuerint in jus vocati mures, alium iis in singulis paroeciis diem dicerent, cum eo judicio omnium murium salus ageretur: Quo impetrato, laudatum Cassanæum rursus in brevius tempus comperen-

rendinatum judicium demonſtraſſe, quam ut mures adeſſe poſſent, quibus per omnes vicos inſidias a felibus ſtructas conſtaret: & obtinuiſſe etiam, indeque magnam æquitatis & Juris peritiæ laudem conſecutum eſſe.

§. VIII.

Interim inter *Affinia* referimus *Jus Foreſtæ*, quod non in auguſto illo ſignificatu hic ſumimus, quatenus æquipollet ipſi Jurisdictioni Foreſtali,ſed pro juribus nonnullis, quæ certis perſonis (die Waldgenoßen ꝛc. vocantur) in ſylvis & foreſto, maxime circa ligna cædenda, competunt. Differt autem Jus Foreſtæ a noſtro Jure Mellicidii, tanquam anguſtius a latiori, cum Zeidlarii præter jura Foreſti etiam Ius Mellicidii habeant. Sed temporis penuria in præſenti accuratiorem operam non indulget: itaque manum de tabula, ubi prius, pro præſtita gratia, ex imo pectore dixerimus

SOLI DEO GLORIAM!

Corollaria.

I. *Feudum proprie per usumfr. definiri potest, licet Dd. communiter contrarium teneant.*

II. *Juramentum illicitum quandoque servari potest.*

III. *Potest quis ad unam eandemque rem petendam & Rei Vindicationem & Hypothecariam actionem instituere.*

IV. *Etiam is tutor esse potest, qui rebus pupilli prospicere nequit.*

V. *Potest quis de J. Can. rei oppignoratæ fructus percipere, ita ut fructus non computentur in sortem, absque usurariæ pravitatis labe.*

VI. *Represaliæ non repugnant J. N.*

VII. *Heres in foro animæ non tenetur ex testamento imperfecto legata &c. præstare.*

VIII. *Vestimentis legatis, capillamenta fictitia vestium nomine non tenentur.*

